AUGUSTINUS
Reims 2. Drittel 9. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1007
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

multū ualere in rerum natura atque celestium corporum rapidissima uelocitate, &
sicut concedatur plurimum ualeat tamen in constellationibus a mathematico inue
niri non potest. quibus inspectis se fata dicere profitetur, Quo ergo in constella
tionibus non inuenit quas necesse est unas inspiciat. siue de la cob. siue de eius
fratre consulatur quid ei p deest si dicitur in caelo quod temere se curis infamat?
et non dicitur in tabula quia frustra sollicitus inuenitur. Qua re si ne quoque oppiniones
quibus dare rem signis humana praesumptione instituit. ad eadem illa quasi quidam
cum daemonibus pacta & commenta referendae sunt, hinc enim fit. ut occulto quo
dam ludibrio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur in ludendi et decipien
da promerits uoluptatum suarum illudentibus eos atque decipientibus praeuarica
toribus angelis quibus istam mundi prima infima. secundum pulcherrimum ordi
nem rerum diuinae prouidentiae lege sublectae est. quibus his illusionibus et de
ceptionibus euenit uti sup stitiosis & pernitiosis diuinationum generibus multa
praeterita et futura dicantur precaliter accidant quia dicantur, Multaque q;
obseruantibus secundum obseruationes suas euenant. quibus implicati curiosiores fiant.
& se se magis magisque insertant multiplicibus laqueis pernicioissimi erroris; hoc
genus fornicationis animae salubriter di uina scriptura pontacuit neque
ab ea sic deterruit animam ut propterea talia negaret esse secundum quae falsa
dicuntur a professoribus eorum. sed eam sic docerunt uobis inquit. et ita euenere
precedaneis; nonne qualmago samuelis mortui. saul rege uera praenuntiauit.
propterea talia sacrilegia quibus imago illa praesentata est minus execranda sunt
dum quia in actibus apostolorum uentriloqua femina uerum testimonium perhibuit
apostolis dni. Ideo paulus apostolus pepercit spiritui a non potuit feminam illius
daemonis correptione atque exclusione mundauit, Omnis igitur artes huiusmodi
uel inuocatorum uel noxiae sup stitionis. ex quadam pernifera societate hominum
et demonum quasi pacta quedam infidelis et dolosae amicitiae constitutae. paenitus sunt
repudiandae et fugiendae a christiano. non quod idolum sit aliquid, aut apostolus. sed
quia quae immolant. daemoniis immolant & non deo, non uolo uos socios
fieri daemoniorum, Quod autem de idolis & de immolationibus quae bono
rum exhibentur dixit apostolus. hoc de omnibus imaginariis signis intuendum

let. manib; exer
cenda st